



**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesu Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censvris.
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

Art. 1. Vtrum poßit homo Deo satisfacere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](#)

Doctores loquuntur; id est, tolli aeternitatem, & remanere debitum peccatorum per aliquod determinatum tempus sustinendarum. Fieri enim nequit, ut iustificatus sit debitor penae aeterna, cum habeat ius ad eternam beatitudinem, quod non minus est efficax, quam debitum peccatorum; immo est efficacius: nam contra iustitiam esset, si ei non satisficeret; non autem esset contra iustitiam, si pena non solueretur. Quod verò non tollatur totum debitum penæ per iustificationem, patet ex dictis supra quest. 86. art. 4.

⁴ Quantum
id sit, soli
Deo nos.
Quantum
maneat peccatorum, soli Deo notum est, cuius arbitrio haec res determinatur. Certum tamen est, esse aliquid determinatum. Quod tamen varium est, pro varietate, grauitate, & multitudine peccatorum: de quo tamen aliquid detrahitur per contritionem, qua peccator se disponit ad iustificationem. Si enim hec cōtritio est meritoria gloriae, ut plerique Doctores tradunt, cur non etiam remissio penæ temporalis? quin immo potest hac esse tam vehemens, ut omne debitum penæ exhaustiat.

Pari modo virtute huius Sacramenti aliquid detrahitur: Nam hoc Sacramentum non solum ad remissionem culpe & penæ eternæ est institutum, sed etiam penæ temporalis; quia institutum est ad perfectè delendum peccatum.

Verum quia ordinariè neque cōtritio est adeò perfecta, ut totum debitum penæ temporalis, quod præcisè ratione iustificationis superest, tollat; neque etiam ipsa absolutione totum quod reliquum est, auferat; id est Dominus huius Sacramenti partem tertiam voluit esse Satisfactionem, quæ partem vi sua, partim virtute Clavium debeat, quod reliquum est penæ temporalis.

⁵ Cur Chri-
stos volu-
rit satis-
factionem
esse partem
Sacramenti
§

Ex his patet quid sit Satisfactione: quod D. Thomas explicat hanc qu. 12. Nam Satisfactione hoc loco generatim est Compensatio iniurie per peccatum Deo illata; scilicet duplex, scilicet pro culpa, & pro pena. Satisfactione pro culpâ, est cōpenitio pro iniuria Deo illata, quatenus illa constitutit hominem formaliter peccatorem. Satisfactione pro pena, est compensatio pro iniuriâ, quatenus inducit reatum penæ, seu obligationem penæ sustinendæ.

Q V A E S T I O X I I I .

De Satisfactionis possibilitate.

ARTICVLVS I.

Vtrum posse homo Deo satisfacere?

⁷ Homo Deo
est debitor
duobus ti-
tulis, bene-
ficij & in-
iuriarum.

Notaandum est: Hominem duplum est: Hominem dupliciter esse Deo debitorem. Primo: Ratione beneficiorū; & sic pro modulo suo ei satisfacit per virtutē Religionis, ut sacrificio, laude, gratiarum actione &c. Sed de hac satisfactione nō est hīc quæstio. Secundū: Ratione iniuriae illata per peccatum. In peccato autem sunt tria, pro quibus potest intelligi fieri satisfactione, scilicet culpa, pena aeterna, & pena temporalis, quæ remissâ culpâ & penâ aeternâ superest luenda. Nunc est

DVBIVM I.

Vtrum homo posse condigne satisfacere pro culpa mortifera, & pena aeterna?

⁸ Quidam
existimat.

Quidam Catholici existimarent, posse: idque dupli fundamento: Alterum est, Quia cōtritio naturâ suâ delet peccatum, sicut lux tenebras; ac proinde satisfacit pro illo: in tali enim modo defendi peccata implicitè continetur efficacissima satisfactione. Alterum est, Quia cōtritio æquivalet iniuria Deo illata, eamque ex aequo compensat: quia nō minus efficaciter honorem Dei infaurat, quam eum laesit: sicut enim laesit solo affectu, ita etiam affectu eundem resarcit.

⁹ Verius est
contritione
non deleci
formaliter
culpam
mortalem,
Est communis sententia Doctorum.

Probatur Secundū: Ex illa sententia sequitur, remissionem peccatorum non esse nouum beneficium penitentibus distinctū ab actu cōtritionis: nam intrinsecè includitur in contritione, veluti intrinsecus effectus eius formalis, sicuti depulsio tenebrarū intrinsecè includitur in lumine, nec est quid distinctum; & sicut exclusio cæxitatis includitur in visu: atqui hoc est contra Scripturas, quibus promittitur remissio peccatorū penitentibus, tanquam nouum & summum beneficium: Ezechielis 18. v. 21. Si impius egerit penitentiam, omnium iniquitatuum eius non recordabor. Proverb. 28. v. 13. Qui confessus fuerit peccata sua, & reliquerit ea, misericordiam consequeretur: & alibi. Et est contra Concilium Trident. sess. 14. c. 4. Fuit, inquit, quoniam tempore ad imperandam peccatorum veniam hic contritionis mores necessarii, & in homini post Baptismum lapso ita demum preparat ad remissionem peccatorum, si cum fiducia diuina misericordia, & voto prestanti reliqua coniunctus sit: vbi Concilium duplicem distinctionem influit.

Y y ij Probatur

nē, non sequeretur, sed intimè in eā includeretur. Eodem capite 7. docet nos formaliter iustos cise per donum quoddam permanens, quod nobis infunditur secundū mensurâ nostrâ dispositio-
nis: atqui contritio neque est donum permanens, neque propriè infunditur, neque datur secundū nostram dispositionem, sed ipsam est dispositio à nobis elicita. Et capite 9. dicit necessarium esse credere, neque remitti, neque remissa vñquā fuisse peccata, nisi gratis diuina misericordia propter Christum: atqui iuxta illam sententiam non remitteretur gratis, neque ex misericordia, sed ex iustitia; immo ex naturali necessitate, sicut infusa luce delétetur tenebrae. Nec sufficit, si dicas peccata gratis remitti, quatenus gratis datur auxilium præueniens, quo auxilio peccator elicet cōtritionem: quia sic etiam dicere possemus vitam aeternam numquam dari, nisi gratis & ex misericordia, non autem ex meritis: nam auxilium præueniens ad merendum datur gratis.

Absurdum
primum.

Probatur Secundū: Ex illa sententia sequitur, remissionem peccatorum non esse nouum beneficium penitentibus distinctū ab actu cōtritionis: nam intrinsecè includitur in contritione, veluti intrinsecus effectus eius formalis, sicuti depulsio tenebrarū intrinsecè includitur in lumine, nec est quid distinctum; & sicut exclusio cæxitatis includitur in visu: atqui hoc est contra Scripturas, quibus promittitur remissio peccatorū penitentibus, tanquam nouum & summum beneficium: Ezechielis 18. v. 21. Si impius egerit penitentiam, omnium iniquitatuum eius non recordabor. Proverb. 28. v. 13. Qui confessus fuerit peccata sua, & reliquerit ea, misericordiam consequeretur: & alibi. Et est contra Concilium Trident. sess. 14. c. 4. Fuit, inquit, quoniam tempore ad imperandam peccatorum veniam hic contritionis mores necessarii, & in homini post Baptismum lapso ita demum preparat ad remissionem peccatorum, si cum fiducia diuina misericordia, & voto prestanti reliqua coniunctus sit: vbi Concilium duplicem distinctionem influit.

Y y ij Probatur

Absurdum
secundum.

Probatur Tertiò: Si contritio formaliter de-
leret peccatum, homo esset causa efficiens & prin-
cipialis suæ iustificationis, & remissionis peccato-
rum: nam instruētus gratiā præueniente elicit in
seipso actum contritionis efficaciter, tanquam cau-
sa physica & principalis in suo ordine: atqui illud
est absurdum; nam sic multò perficiūs seipsum
iustificaret, & peccata deleret, quām si iustifica-
tionem & remissionem peccatorum ex condigno
mereretur.

10
Cōtritione
etiam non
exhibetur
aequivalens
satisfactio
pro culpa
mortalis.

Dico Secundò: Cōtritio etiam non delet
culpam mortalem tanquam aequivalens satisfactio
pro illa exhibita.

Probatur Primò: Quia satisfactione condigna,
sicut & meritū, postulat ut satisfaciens sit in
gratiā (sit enim satisfactio per modum meriti.) Atqui cōtritio, si cōsideretur, vt est prior remissione peccatorum, non procedit à subiecto grato; nam in
illo signo adhuc intelligitur inesse peccatum; vnde
non potest esse aequivalens satisfactio. Si autem
cōsideretur, vt est posterior remissione peccatorum,
iam non potest esse satisfactio pro culpa, aut pena
æterna; quia iam intelligitur facta esse gratis re-
missio: sicut neque potest esse meritoria gratiæ
iustificationis; quia iam intelligitur homo iustifi-
catus.

Non ita in-
staurat Dei
honorem
contritio,
vt peccatu-
ludit.

Probatur Secundò: Quia peccatum in suo ge-
nere est longè maius malū, quām contritio in suo
genere sit bonum; est enim iniuria Dei, eiusque
veluti laesio; vnde in genere malorum, est summum.
Neque verum est contritionem sic instaurare Dei
honorem, sicut peccatum ludit: quia longè pluris
estimatur vna iniuria vilis perlóng in Principem,
quām mille eiusdem honores. Et quamvis contri-
tio nō videatur habere minorem vim ad conuer-
tendum animum in Deum, quām peccatum ha-
beat ad vertendum, si ipsos reales actus spectemus,
tamē auerio longè maior censemur iniuria, quām
cōuersio censemur esse honor aut satisfactio. Cu-
ius ratio est, quia iniuria estimatur ex dignitate
personæ lēse, quā h̄c est infinita: honor autem &
satisfactio spectatur ex dignitate personæ satisfac-
tientis, quā pusilla est, atque adeo nulla, quā
nus extra gratiam.

11
Cōtritio
non ponit
condignam
satisfactio-
nem pro
pena æter-
na.

Dico Tertiò: Sicut homo non potest condi-
gnam satisfactionem exhibere pro culpā letali, ita
nec pro reatu penæ æternæ. Sequitur ex dictis:
nam reatus penæ æternæ ita cohæret culpa, vt
nō possit ab ea separari; vnde hoc ipso, quo culpa
remititur, etiam pena æterna remittitur. Cōfir-
matur ex Conc. Trident. sess. 6. c. 14. vbi dicit, sa-
tisfactionem fieri non pro pena æterna, quā vel
Sacramento, vel Sacramenti voto, vna cum culpā
remititur, sed pro pena temporali &c.

Obiecitio.

Dices: Prius naturā homo est in gratia, habet
que remissionem culpæ, quām habeat remissionem
penæ æternæ: ergo in illo signo naturæ ipsius
contritio erit meritoria, vel satisfactoria pro pena
æterna. Confirmatur à simili: quia idcirco est
meritoria vita æterna.

Solutio.

Respondeo Negando Antecedēs: Quia gratia,
& remissio culpæ fecū ferunt & includunt remis-
sionem penæ æternæ. Remissio enim culpæ &
penæ æternæ sunt effectus formales gratiæ. Vnde
contritio illa, quā consideratur, vt existens iam
in subiecto grato, non potest operari ad remissio-
nem penæ æternæ. Fieri enim nequit, vt quis pro
aliquo instanti intelligatur Filius Dei, Deoque

charus, qui adhuc concipiatur esse in debito penæ
æternæ: Vnde remissio culpæ non est vere prior
naturæ, quām remissio penæ æternæ, sed simul
sunt. Ad Confirmationem Respondeo, Est dis-
par ratio: nam vita æterna non est effectus forma-
lis gratiæ iustificantis, sicut remissio culpæ & penæ
æternæ: neque ipsa gratia per se includit & ad-
fert vitę æternę meritum, sicut adferit & includit
remissionem: vt patet in parvulis, qui sine motu
liberi arbitrij iustificantur. Plura dicta sunt in 1. 2.
quæst. 114. art. 5. dub. 2.

D U B I U M I I .

Virūm saltem ex congruo possumus satisfacere
pro culpā letali?

R Espondeo: Posse. Est communior sententia
Doctorum. Vide D. Thomam suprà qu. 85. Affirmatur,
art. 3. Ratio est: Quia ex congruo satisfacit, qui
facit quantum potest, quantumque creditor exigit; Quid sit de
idque eo modo, vt decat creditorem eo esse contentum. Confirmatur: quia possumus ex congruo
mereri huius remissionem: ergo etiam ex con-
gruo possumus satisfacere.

Aduertere tamen, hanc satisfactionem ex con-
gruo, esse valde imperfectam: quia solum nützt
misericordiā & benigniā Dei acceptatione. Vnde
absolutè loquendo, culpa & pena æterna remit-
tuntur gratis ex condigna satisfactione Christi:
nostra autem satisfactione solum habet rationem
dispositionis, & preparationis ad remissionem.

D U B I U M I I I .

Virūm pro culpa veniali possumus con-
digne satisfacere?

R Espondeo: Posse, si sumus in gratia. Est fer-
re communis Doctorum. Probatur Primò: ¹³
Quia pro tota pena ei correspondentē possumus
satisfacere: ergo etiam pro culpa. Patet conse-
quentia: nam pena suo modo commensuratur
culpa. Confirmatur: quia idcirco dicitur culpa
venialis, quod nostris operibus ex condigno eius
veniam possumus consequi.

Probatur Secundò: Possumus mereri vitam
æternam: ergo etiam remissionem culpæ venialis,
si alioquin opus sit accommodatum, vt suprà di-
ctum est de contritione. Patet consequentia; tum,
quia remissio culpæ venialis est quid minus, quām
vita æterna; tum, quia is, qui mereretur finem, po-
test etiam mereri amotionem impedimentorum
finis consequendi.

Probatur Tertiò: Culpa venialis est parva ini-
uria, vix habens rationem iniuria, quā non vio-
lat amicitiam: ergo ex amicitia condigne potest
ea reparari. Patet exemplis humanis.

Dices: Culpa venialis est quoddam Dei ma-
lum, quod peius est, quām omne malū creaturæ: ¹⁴
ergo non potest ex condigno compensari.

Respondeo, Negando Consequentiam: Quia
contritio est maius bonus Dei seu maior honor,
quām culpa venialis sit illius iniuria. Vnde etiā eius ini-
minimum Dei malum, quatenus illius malum est, ¹⁵
sit peius, quām omne malum creaturæ, quatenus
creataram malè afficit; tamen bonus creaturæ,
quatenus est bonus Dei, siue quatenus cedit in
honorem Dei, potest esse maioris estimationis
apud

Quæst. 13. De Satisfactionis possibilite. Art. 1. Dub. 4. 389

apud Deum, quām aliquod paruum malum. Cuius signum est, quod culpa venialis non extinguit bona opera, quæ apud Deum reposita habemus; neque violet amicitiam.

D V B I V M . I V .

Vtrum possumus condigne satisfacere pro reatu pena temporalis ex peccato remanente?

Hæretici huius temporis omnino negant. Ratio illorum est; Tum quia Deus gratis ignoscit culpam & omnem pœnam ob Christi meritū: tum quia omnia opera nostra sunt labo peccati inquinata. Ita Lutherus in assertione articuli 5. apud Roffensem, & Calvinus lib. 3. Inflit. cap. 4.

Respondeo: Fide tenendū est, iustificatos posse satisfacere pro debito pœnae temporalis, quod remissā culpā remanet. Est definitum à Concilio Trident. sess. 14. can. 13. & cap. 8. & sess. 6. c. 14.

Probatur Primo: Ex Scripturis. Danielis 4. v. 24. Peccata tua eleemosynis redime: quibus verbis significatur eleemosynis deleri peccatum quoad culpam & pœnam, quamvis diuerso modo. Proverb. 16. v. 6. Misericordia & veritate redimunt iniqüas: quod maximè verum est quoad pœnam temporalem. Lucae 3. v. 8. Facite fructus dignos penitentie, id est, facite opera penitentie, digna & idonea peccatis vestris redimendis, vt colligatur ex Chrysostomo homil. 10. in Matthæum, & Gregorio homil. 20. in Lucam. Apostolus 2. ad Corinthios 7.v. 10. dicit, Trifitiam, quæ secundum Deum est, operari penitentiam in salutem stabilem: & inter cetera etiam operari vindictam: atqui vindicta sive sponte assumpta, sive ab alio imposta, est quædam satisfactio: ergo &c. Item 1. ad Corinthios 11. v. 31. Si nos ipsos djudicaremus (id est, condemnaremus & puniremus) non utique iudicaremus (id est, non puniremur) a Domino. de quo loco vide August. in Enchiridio cap. 66.

Probatur Secundo: Ex Patribus. Vide Bellarminum, Theodorum Peltatum, & alios. Tertullianus lib. de Pœnitentia: Offendisti, sed reconciliari adhuc potes: habes cui satisfacias, & quidem voluntem. Et infra: Quam porro ineptum, penitentiam non adimplere, & veniam delictorum sustinere (id est, expectare?) hoc est pretium non exhibere, ad mercen manum emittere: hoc enim pretio Dominus veniam addicere insituit, hac penitentia compensatione redemandam proponit impunitatem. vide sequentia. Origenes homil. 6. in Exodus loquens de peccatore, Pœnitendo, flendo, satisfaciendo delectat, quod admissum est. Et homil. 3. in lib. Iudicium: Quanto tempore deliquerit, tanto tempore humiliatio et ipsum Deo, & satisfactio ei in confessione penitentie. Homil. 15. in Leuit. dicit, Peccata redimi in hac vita pretio, quod pretium penitentia lacrymis congregatum sit, & labore boni operis inuentum. Cyprianus epist. 10: Hec qui subrabit fratibus nostris, decipit miseros; vt, qui posse agere penitentia veram, Deo patri & misericordiæ & operibus suis satisfacere, seducantur ut magis perseant. Sermone de lapsis: Dominus orandas est, Dominus nostra satisfactione placandus. Sermone de opere & eleemos. Loquitur in Scripturis spiritus sanctus & dicit, eleemosynis & fide purgantur delicta: non utique illa delicta, que fuerant ante baptismum contrita; nam illa Christi Sanguine purgantur. Vbi nota Cyprianum dicere, peccata ante baptismum pur-

gari Christi Sanguine; post baptismum autem operibus, bonis & eleemosynis: non quod hac peccata etiam non remittantur Christi Sanguine; sed quia non solo Christi Sanguine sine nostro labore & satisfactione, sicut peccata commissa ante baptismum. Lactantius lib. 6. Diuinarii institut. Lactantius: cap. 24. Potest peccator reduci, & liberari, si eum penitentia actorum; & ad meliora conuersus, satisfaciat Deo. Hilarius in Psal. 118. exponente verbi illum: Exiit Hilarius, aquarum deduxerunt, &c. ait: Nunc quoque, id est, postquam argentea Nathan crimen suum recognouit, non desinit David vera penitentia lacrymis facti veteris crimen abolere. Et infra: Hac venia peccati est fonte fletum flere, & largo lacrymarum imbre madesferi. Ambrosius lib. ad virginem lapsam: Grandi plaga aliâ & prolixâ opus medicinâ est: grande scelus grandem necessariam habet satisfactionem. Nazianzenzianus Oratione in sancta Lumina fusè agit de nus, baptismo laborioso Pœnitentie, & inter cetera dicit, Aequaliter malum est. & dimissio absque investigatione, & cœligratio sine venia: quandoquidem illa totas relaxat habemas, hac verò nimium restringit. D. Augustinus in Enchiridio cap. 70: Deus miserando detet iam facta peccata, si non satisfactio congrua negligatur. Et cap. 71. dicit quotidianam orationem fidelium satisfacere pro quotidianis culpis. Homil. 50. qua est de necessitate & utilitate pœnitentie in lib. 50. Homiliarum, dicit peccatorem à Propositis Sacramentorum accipere debere satisfactionis sua modum. Et eadem homilia: Non sufficit mores in melius commutare, nisi etiam de his quæ facta sum, satisfaciat Deo. Hieronymus in cap. 1. Hieron. Ioclis: Preteritas delitias per quas offenderat Deum, vita austerritate compenset. Chrysostomus lib. 2. de Chrysostomus Sacerdoto cap. 4: Non temere ad delictorum modum eportet & multam ipsam adhibere, sed peccatoris mens exploranda est. Homilia 41. ad Populum: An nobis vitionem sumamus, & ita placabimus Iudicem. Innocentius 1. epist. 1. c. 7: Ceterum de pondere astimando delictorum, Sacerdotis est indicare, vt attendat ad confessionem penitentis, & ad fletus atque ad lacrymas corridentis, ac cum debere dimitti, cum viderit congrua satisfactionem. Leo 1. epist. 79. ad Nicetam c. 5. Leo II. loquens de ijs qui comedant idolothyta: Penitentia, ait, satisfactione purgenur. & epist. 92. ad Rusticum cap. 2. Huiusmodi lapsis ad promerendam misericordiam Dei, priuata est petenda secessio; vt illis satisfactio, si fuerit digna, sit etiam fructuosa. Idem docet reliqui Patres & Doctores.

Ex his testimonij patet omnes Patres agnoscere Satisfactionem, quæ Deum placet, & peccata redimat; eamque vel sponte suscipi, vel à Sacerdotibus imponi. Vnde cōuincit ignorantia vel certe impudentia Lutheri, qui negat istam arbitriariam satisfactionem in Scripturis, aut in Patribus reperiiri. Calvinus autem respondet, Patres sive lapsos, & sive nimis auferos, & alia his similia. Alibi autem dicit, hanc satisfactionem solam sive disciplinam quandam politicam ad satisfaciendum Ecclesiæ, quando quis fuerat excommunicatus. Sed hoc falsum esse ex eo patet, quod Patres loquantur de satisfactione, quæ sit Deo, ad ipsum placandum; & loquantur de multis non excommunicatis.

Dico Secundo: Hæc satisfactio in iustis est condigna & æquivalens debito pœnae temporalis: est communis Doctorum & certa.

Probatur ex Patribus circa: Vocant enim satisfactionem

Y y iiiij

Iustus condigna facit pro pena tem-
poris tem-
satisfactionem

15
Negant
hæretici.

Affirmo
affirmans
est de fide.

Ex Scrip-
tura.

16
Ex Patri-
bus.
Tertull.

Origenes.

Cyprianus.

satisfactionem premium, redemptionem, dignam satisfactionem; quæ omnia significant condignitatem.

Probatur Secundò: Ratione. Primo: quia opus hominis iustificati dignum est vita æternâ; vt patet Matth. 20. v. 8. Voca operarios, & reddite illis mercедem. 2. ad Timotheum 4. v. 8. Repotest mihi corona iustitia, quam reddet mihi iustus Iudex; ergo multò magis erit digna satisfactione pro debito pœnae temporalis, præsertim cùm hoc debitum non sit tanti momenti, eiisque remissio fiat condonatio extrinseca. Secundò: Culpa & pœna æterna remittitur gratis, quia pro his non potest aequivalens satisfactione à nobis exhiberi; ergo cùm debitum pœnae temporalis remaneat illis condonatis, signum est pro hac posse aequivalentem satisfactionem exhiberi, alioqui simul cum illis gratias condonari deberet. Tertio: Quod hæc satisfactione sit condigna, probatur ex conditionibus meriti condigni: Nam satisfactionis est Deo charus, & satisfactione ipsa est opus supernaturale, seu ex gratia Dei proueniens, & huic debito proportionatum; & promissio diuina extat, vt patet ex Scripturis allatis: ergo &c.

Obijciunt hæretici Primo: Ista satisfactione cedit in iniuriam satisfactionis Christi, quasi ea non fuerit plenissima.

Respondeo: Nostram satisfactionem minimè cedere in iniuriam satisfactionis Christi: quia eti Christus plenissimè pro nobis satisfecerit, hæc tam satisfactione medijs à Christo institutis nobis applicari debet: sicut baptismus applicatur nobis satisfactione Christi ad remissionē peccatorū antea commissorum: Eucharistiā ad gratiæ augmentū: Pœnitentię Sacramento ad remissionem peccatorum post baptismum commissorum quo ad culpā & pœnam æternam: denique operibus laboriosis, vt ieiunio, oratione & eleemosynā applicatur nobis Christi satisfactione ad remissionem pœnae temporalis: oportet enim nos quodammodo Christo conformari vt eius satisfactione nobis comunicetur. Adde, cedere in honorem Christi, quod non tantum ipse pro nobis satisfecit, sed etiam virtutem satisfactioni dedit: sicut in honore Dei cedit, quod non tantum ipse omnia operetur, sed etiam creaturis virtutem operandi dederit.

Instant hæretici: ergo Deus bis punit idē peccatum; videlicet semel in Christo, & semel in nobis; & duplē exigit satisfactionem. Respondeo: Si agamus de peccatis post baptismum commissis, verum est: sed diuersa ratione. Nam Christi satisfactione fuit ad constituendum thesaurum, seu sufficiens premium, quo omnis culpa & pœna condonetur: nostra autem satisfactione requiritur vt illud premium nobis applicetur. Et licet ipsi iustorum opera secundum se sint satisfactoria sicut & meritoria, tamen applicant etiam satisfactionem Christi, vt videlicet, eò nostra satisfactione sit perfectior. Nam per Christi passionem ex rigore iustitiae satisfactionis: per nostram autem ex iustitia imperfecta.

Obijciunt Secundò: Ezechielis 18. v. 21. dicitur: Impictas impii non nocebit ei, quacunque die conuersus fuerit. Atqui nocerit, si deberet satisfacere.

Respondeo: Non nocebit ei quo ad pœnam æternam, sed punietur tantum pœna temporali. Hunc esse sensum huius loci, patet, quia similiter dicit v. 24. Iustitia iusti non recordabuntur: & tamen

Deus remunerat sèpè bona opera peccatorum præmio temporali. Patet ergo Scripturam loqui de pœna æterna, & de premio æterno. Addit ostensum esse supra quæst. 86. art. 4. post culpam reuissum Deū sèpè punire peccata vindicta temporali, vt patet in Mose, Davide & alijs ibidem relatis.

Eodem modo intelligenda sunt alia Scripturæ loca, in quibus dicitur Deus peccata nostra post tergum suum projicere: delere infar nubis: demergere in profundum maris: tegere: non imputare: obliuisci, & similia; quia videlicet eos, quibus amicitiam suam restituit, ita respicit quo ad culpam & pœnam æternam, ac si nunquam peccasset; licet eos temporaliter puniat, aut velit ut ipsi se temporaliter castigent.

Obijciunt Tertiò: Ex Patribus. Et Primo quidem ex D. Chrysostomo tria testimonia, quo- 20 rum prius est ex lib. 3. de Prouidentia, vbi sic ait: 3. Obie-
cio, ex
Patribus.
Si ob hoc pœnas infert Deus, vt in malis perseuerantes ad pœnitentiam vocet, offensā pœnitentia superflua iam erit pœna. Alterum est ex homil. 2. in Psal. 50. Vbi, inquit, misericordia petitur, pœna locus non est: vbi misericordia postulatur, iudicium non sentit. Tertium est ex homil. de S. Philogonio: Si quis recedens à præsiliis malis ex animo promittat Deo se nunquam ad illa rediturum, nihil aliud requirit Deus ad satisfactionem ultioriem.

Respondeo ad primum testimonium Chrysostomi: Quando peccator ostendit perfectam pœnitentiam, quæ non tantum continet internam conuersionem, sed etiā externos labores & opera satisfactoria, tunc par est vt diuina vindicta cesseret. Vel potius dicendum est, Chrysostomum loqui de flagellis, quibus Deus homines in peccatis demorantes excitat ad conuersationem & pœnitentiam, quæ cessant quando homo iam facit pœnitentiam; essent enim superflua: nam hoc habetur tunc, propter quod iñfigitur; quamuis ea flagella quibus punit peccata præterita nō semper cessent, quando homo facit pœnitentiam, vt patet in Davide. Ad secundum: Commendat ibi Chrysostomus misericordiam in genere, cui opponitur iudicium & pœna. Qui enim ex misericordia cōsecutus est veniam, non debet subire pœnam condonatam: & quatenus petimus misericordiam, etenim deprecamur pœnam & iudicium. Sed quia Deus non ita paſsim vtitur misericordiā, vt non etiam vtatur iustitiā; ideo nō remittit totam pœnam, sed partem relinquit luendam: vnde debet illam homo subire, nisi aliundē constet esse remissam. Vnde Chrysostomus eadē homiliā dicit: Misericordia quidem Deus, sed non paſsim misereatur: prouocata nos & dicit, Da & tu aliiquid. Et infra: Deus dicit, Da mihi confessiōnem tuā, & lacrymas pœnitentie. Et in Psal. 106. Peius est Dei offensā non placare satisfactione, quā peccando Dei bonitatem offendere. Ad tertium: Per satisfactionem intelligit Chrysostomus excusationem: vt patet ex præcedentibus verbis; vbi dicit: Discede à malo, virtutem amplexere, & istud sufficer ad excusationem.

Alia quædā loca adferunt hæretici ex D. Ambro- Ambro-
sio, & ex D. Augustino. Locus ex Ambroſio, suis,
est ex lib. 10. in Lucam, vbi de Petro loquens di-
cit, Lacrymas eius lego, satisfactionem non lego. Sed
Ambroſius ibi per satisfactionem, intelligit ex-
cusationem: vt patet ex c. 96. Locus ex D. Au-
gustino, vel potius ex Gennadio desumitur ex
lib. De

18
2. Obiectio
hæretico-
rum, quod
nostra fa-
tisfactione sit
Christo in-
iuriola.

Refellitur.

Quomodo
bis idem
peccatum
puniatur.

19
2. Obiec-
tio, ex
Script.

Refellitur.

²¹ Augustinus lib. De dogmatibus Ecclesiasticis c. 54. vbi dicitur: *Satisfactio est causa peccatorum exscindere, nec eorum suggestionibus adiutum indulgere.* Sed definitio illa data est ex effectu: vt supra q. 12. dictum est. Videatur cap. 53. vbi clarissime in satisfactione Auctor ille requirit lacrymas & orationem.

²¹ Obiectio: quod omnia nostra opera Deo sunt debita. Objicunt Quartò alii quardam, que etiam ferre solent contra meritum: vt, hominem, quidquid habet & potest, debere Deo titulo creationis & redemptoris: quid ergo poterit reddere pro iniurijs? Confirmatur: quia seruus cum totus sit domini, nō potest domino quidquam reddere pro iniuria: quia quidquid est, & habet, est domini.

Explicatur & negatur. Respondeo: Non quidquid homo potest, absolute tenetur facere: quia Deus non omnia à nobis exigit, sed ea tantum quæ præcepta sunt; præter quæ potest multa alia facere, quæ etiæ teneatur facere quando peccauit, tamen ante peccatum nō tenebatur, sed erant ei libera: & hæc vocamus opera satisfactoria. Ad Confirmationem Respondeo: Ex eo quod homo totus naturâ suâ sit Dei, bene sequitur non posse inter illum & Deum esse iustitiam perfectam; non autem quin possit esse imperfecta, præsupposita videlicet promissione & acceptatione diuina. Sicuti inter dominum & seruum, si dominus non exigat nisi certa quædam opera, reliqua relinquit in ipsius arbitrio, poterit seruus per illa satisfacere domino suo, si quod dominum intulerit, modò dominus velit acceptare. Vide lib. 13. de Perf. diuinis c. 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum aliis pro alio possit satisfacere?

²² Affirmatur. R Espondeo: Posse, modò vterque sit in gratiâ. Probat quidam Primo: Ex illo Apostoli ad Colossenses 1. v. 24. *Gaudeo in passionibus meis pro vobis, & adimpleo ea quæ desunt passionum Christi, in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia.* Sed Apostolus hic non loquitur de satisfactione, sed de suis laboribus, quos tolerabat in prædicando Euangelio, vt sic meritum Christi applicaretur hominibus: hoc enim deerat passionibus Christi: nam sine Apostolorum & aliorum sanctorum præparatorum laboribus, Euangeliū Christi non innotueret orbi, ac proinde eius passio vim non habuisset in hominibus. Probat Secundò: Ad Galatas 6. v. 2. *Alter alterius onera portate.* Sed hic locus non vrget, quia de tolerandis mutuis imperfectionibus agit.

²³ Probatur solidius. Minus solum id quidam probant. Probatur ergo Primo: Iacobi 5. v. 26. *Orate pro inuicem, vt saluemini.* f. Ioannis 5. v. 16. Qui scit fratrem suum peccare non ad mortem, oret, & dabit ei vita. & alia huiusmodi.

Exempla Scripturar. a maiori admittimus. Probatur Secundò: Ratione. Prima est: Deus propter Iacob benedixit domui Laban: Genes. 30. v. 27. Propter decem iustos voluit patere quinque ciuitatibus Pentapolis: Genes. 18. v. 32. Propter preces Samuëlis, pepercit populo cum Regem petiſſent: 1. Reg. 12. v. 19. Propter David Dominus pepercit Salomonis: Reg. 11. v. 12. Propter lacrymas viduæ fuscitauit filium eius defunctum: Luca 7. v. 13. Propter fidem portantium, sanauit paralyticum: Luca 5. v. 20. Ergo bona opera viuus possunt alteri prodeſſe ad

remissionem peccata temporalis. Patet consequētia; nam si Dominus sāpē pepercit impijs, iſque benefecit ob preces & merita iustorum, multò magis ignoscet peccata temporalem filii suis ob aliorum preces & afflictiones.

Secunda Ratio est: Omnes, qui sunt in gratia, Membris sunt membra viua viuus corporis & capitinis, vt sibi inveniuntur: docet Apostolus: ad Rom. 12. ad Ephes. 4. Atqui membrorum inter se est communio: iuvant enim se mutuo omnibus officijs sibi proprijs; sustinent pro mutua salute varios labores; interdum sectionem & vſionem; &, si quid patitur unum, compatiuntur reliqua. Ergo pari modo iusta possunt se mutuo iuare; & alterius afflictio poterit alteri prodeſſe: hoc enim postulat communio sanctorum, quam constat esse in Ecclesia.

Dixi, Modò vterque sit in gratiâ: quia etiæ opera iustorum possunt prodeſſe impijs ex congruo ad impetrandum auxilium, quo ad iustificationem disponantur; & etiam ad peccatas temporales differendas, vt in hac vita non punitur: tamen non possunt prodeſſe ad remissionem peccatum temporalium, quamdiu manent impij; quia nemo est capax remissionis peccata, nisi remissa culpa, vt suprâ ostensum est.

DVBIVM I.

Vtrum satisfactione unius valeat alteri ex condigno?

²⁴ M Vlti Doctores sentiunt valere ex condigno; estque probabile. Verius tamen videtur, solum valere ex congruo, id est, ex Dei misericordia acceperatis satisfactionem viuus proprobatur altero. Ita tenet Antonius Cordubensis qu. 5. de Indulgencij, & Ioannes Medina codice De satisfactione quæſt. 5.

Probatur Primo: Quia opus alterius non valet alteri, neque per modum perpetuationis seu initio-nis peccata; non enim tu suffices peccata tibi debitas, dum ego punio: neque per modum meriti condigni; nam nemo alteri ex condigno mereri potest: ergo solum valet per modum imprecatio-nis. Patet Consequentia, quia tantum his tribus modis potest valere satisfactione.

Probatur Secundò: Quia nulla extat promissio Dei de acceptanda alterius satisfactione pro peccatis alterius; & quamvis extaret, non sufficeret ad condignitatē satisfactionis: vt patet in promis-sione remissionis peccatorum facta penitentibus, quam tamen remissionē non merentur ex condigno, eo quod promissio non tribuat operi dignitatem.

Probatur Tertiò: Ratione à priori: quia opus hominis cum sit limitatus secundum conditionē priori, & virtutem operantis, non potest alteri aliquam dignitatem tribuere ad aliquod bonum, sed solum operanti in quo manet (illud enim proprium est operibus Christi, quæ infinitam habent dignitatē meriti & satisfactionis,) quæ etiam causa est quod nemo alteri possit ex condigno quidquam mereri: ergo mea satisfactione non potest tibi valere ex condigno, cum te non possit reddere dignum remissione peccatarum. Secundis est de satisfactione Christi quæ nobis applicata per Baptismum vel Sacramentū Penitenti, æredit dignos non solum remissione peccata temporalis, sed etiam culpe & peccata æternæ.

Dices